Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

per intercessionem sanctissimi viri
nycolai. Egra iuvencula membris
perdita fit prece salva. Egregium fa
muli domini sancti nycolai.

Alio vero tempore vir si
mul et uxor proficis
centes de alpibus ad sanctum vi
rum venerunt afferentes et quan
dam puellam inter bra
chia ac si mortuam que nul
lo modo suis membris poterat
moveri. proiecerunt que eam ante
pedes eius; supplicantes
simul et postulantes ita.
Ecce pater auxiliare fi
lie nostre que male totis
membris torque … tur.
iam per annos … ie sep
tem. Famulus autem domini
respondit eis. Si credide
ritis ex toto corde vestro quod
dominus ihesus christus corpus simul et
animam valet sanare vo
luntate vestram ipso adiuvan
te potenus impetrare. Tunc
cum gemitu prorumpentes
in vocem a fundo dixerunt. Credi
mus deo benigne pater
et confidimus tue sanctitati. Au
diens hec beatissimus nyco
laus; misertus est eis et diu
tius oravit pro puella.
Completa vero oratione dei
nutu sanata est mulier et ad
propria remeans propriis pedibus
progrediens ambulabat
laudans et glorificans deum
in omnibus que ei contigerant.

Intima est precibus celi pulsat nyco
laus. Demon in anglica veniens ache
ronte figura. Astat et famulusque
dei verbo fugat illum.

Pari modo et aliud mi
raculum curavimus nar
rare. Una dierum subito
intravit demon ubi ora
bat beatus nycolaus.
et transformatus est in an
gelum lucis. Continuo
autem ut in eum aspexit
beatus nycolaus ita ex
orsus est. Quis es tu. et quo
re huc venisti? Respondit
demon. Angelus sum et